



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

De perfectæ vitæ excellentia. [92].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)



prate se res habere soleat. Ac  
 proinde meritò de labore idē di-  
 ci potest, quod de infelicitate scri-  
 bit Seneca, nempe hoc saltē boni  
 in ipsa inesse, quòd eos, quos sepe  
 vexat, tandem obduret.

De perfectæ vitæ excellentia.

97.

*Vire queat vates dici, qui corporis illa  
 Que fugiunt nostri lumina, sola videt.  
 Pnematē qui tantum graditur, non carne, leui sique  
 Postera qui linquens, anteriora petit.  
 At carnem, mundumque, cruci qui figit, Et omnes  
 Delicias odit, mortis & instar habet:  
 Hunc ego non vatem dicam, non ipse prophetam  
 Martyr enim dici iure vir ille potest.*

SCHOLIA.

*Vire queat vates*) Bernardus, vt iis, *Serm. 2.  
 qui sanctissimæ, atque omnibus de exhor.  
 pietatis christianæ numeris abso- ad frat.  
 lutissimæ vitæ iter tenent, ac rio-  
 res stimulos addat, ipsi<sup>9</sup> dignita-  
 tem ac præstantiam ostendit, eòs-  
 que, qui ita viuunt, prophetarum*

t ij



nomine dignos esse ait. Magnum sanè inquit, prophetandi genus, cui vos deditos esse, conspicio: magnum prophetiæ studium, cui vos video mancipatos.

2. Cor. 4

Quid illud? Nèpe, iuxta Apostolum, non considerare quæ videntur, sed quæ non videntur, sine dubio prophetare est. Ambulare in spiritu, ex fide viuere, quæ sursum sunt quærere, non quæ super terram, obliuisci quæ retrò sunt, & extendi in anteriora, magna ex

*De præcept. Et dispens.*

*Epist. ad Moys. et Maxim.*

parte prophetare est. Alioquin quonã modo, nisi per spiritum prophetiæ, conuersatio vestra in cælis est? Atque etiam alio loco huiusmodi vitam alterum quendam baptismum esse ait, quoniam in eo quòd membra quæ sūt super terram mortificantur, Christus induitur. Sed & Cyprianus, lógus adhuc progrediens, eiusmodi ho-



minibus, in carne adhuc licet positus, vitam viui, non presentis seculi, sed futuri ait.

*Hunc ego non vatem*) Apud Deum *de dupl. Martyr.*  
 inquit Cyprianus, quicumque carnem cum concupiscētiis crucifixerūt, quicumque verè cū Christo mortui sunt, & cōsepulti ei in baptismo, ita vt non iam sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, martyres sunt. Nec ab eo diffētit *Colla. 18.*

Cassian<sup>9</sup>, quemadmodū liquet ex *cap. 7.*

Collatione quadam, in qua sub persona senis cuiusdā eremite his verbis vtitur: Monachos patientia ea atque districtio, qua tā deuotè in hac, quam semel arripuerunt, professione perdurant, vt nunquam suas expleant volūta-  
 tes, crucifixos huic mundo quotidie, viuōsque martyres facit. *Serm. 1. in fest. omn. sanctor.*

Quin beatus quoq; Bernardus hæc Scripturæ verba exponens,

Magnum  
 ndi ge-  
 le, con-  
 etiaē stu-  
 cipatos.  
 Aposto-  
 e viden-  
 tur, sine  
 mbulare  
 quæ sur-  
 ue super  
 trō sunt,  
 magna ex  
 Alioquin  
 ritū pro-  
 ra in ce-  
 loco hu-  
 endā ba-  
 am in eo  
 u per ter-  
 istus in-  
 , lōgū  
 odi ho-





## S A C R A

Beatus vir qui post aurum non abiit, ad hunc modum loquitur. Quid mirabilius, aut quod martyrium grauius est, quàm inter epulas elurire, inter vestes multas & pretiosas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster iste appetitus? An nõ merito coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod gloriosius est, de semetipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? Atque etiam alio loco exponens hæc verba, Qui amat animam suam perdet eam, inquit, siue ponendo vt martyr, siue affligendo vt pœnitens. Quoniam genus martyrij est, spiritu facta carnis mortificare, illo nimium, quo mēbra ceduntur ferro,

Sermo.  
30. in  
Cant.



horrore quidem mitius, sed diu-  
turnitate molestius.

Curandum esse ut preces no-  
stræ ab animo puro  
proficiscantur.

93.

*Cum peccat' gratū est, tū sunt quoque munera grata,  
Visus Abel primum est, postea dona, Deo.  
O quā falluntur, sua qui iucunda Tonan ti  
Vota putant, cum sint peccatore nata malo!  
Non satis est ferti careant quod pulvere flores:  
Pura legentis enim debet et esse manus.  
Sic quoque non satis est quod sint tua vota precēsque,  
Ni quoque mens pariter sit sine labe tua.*

## SCHOLIA.

*Cum peccatus gratum*) Christus apud  
Esaïam impiorum preces & sa- *Esaïa 1.*  
crificia aspernatur: & in Psalmis *Psal. 49.*  
eum insectatur, qui, cum tur-  
piter & flagitiose viuat, ipsius  
tamen iustitias annunciare non  
veretur. Atque huc facit quod *Hieron.*  
est apud Hieronymum. Expo- *in 5. A.*  
nens enim illud Amos, Aufer *mos.*

t iiij